

Johann. I. v. 9. *Erat lux illa lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, id est, omnem hominem apprehendentem Evangelium & ex eodem fidem concipientem.*

Actor. 6. v. 28. *Et ecce repletis Hierosolymam doctrina vera, & vultis introducere super nos sanguinem hominis iesus (Christi.)*

Virgil. lib. 2. Æneid. *Infandum Reginas jubes renovare do-*
lorem, id est, Dido.

Terent. in prol. Andr. Poëta cum primum animum ad scri-
bendum appulit, id est, Terentius.

Cicer. Catil. I. *Exire ex urbe Consul hostem jubet: ubi Alle-
gor. Synecdoch. ex urbe, id est, Roma. Consul, id est, Cicero.
Hostem, id est, Catilinam, &c.*

Lucan. Lib. 10. Pharsal. *Nulla fides pietasque viris, qui ca-
stra sequuntur.*

Hactenus de Tropis: sequuntur Figuræ.

CAPUT XIV.

F I G V R A

est elocutio, qua orationis habitus a recta & sim-
plici consuetudine mutatur. *Dicitur Graece χῆμα.*

(Definitum est figura σχῆμα, quod habitum, gestum & con-
formationem significat, a verb. ἔχω habeo. Cum enim nova
forma habitus aut gestus, præter Grammaticam puritatem
orationi additur, schema sive figura dicitur. Definitio est
a genere & forma. *Genus* est *Elocutio*. Est enim orationis
exornatio. *Forma* subiecto, quo a tropis differt, expri-
mitur. Tropus enim est in singularum vocum mutatione,
Figura autem non in singulis dictionibus, sed in multis con-
junctis, adeoque in integra Oratione consistit. Unde nihil
aliud est quam multarum dictionum conformatio quædam
vel habitus, qui Orationem vel sententiam totam a simpli-
ci & consueto dicendi modo in alium, qui simplex & vul-
garis non est, convertit, hoc est, ut *planius dicam*, præter
Grammaticam nuditatem, puritatem ac simplicitatem, orna-
tum sibi quendam accommodat, eoque vestitur q. & insi-
gniter.

gnitur. Quo factum est, ut Græci eam $\sigma\chi\nu\mu\alpha$, id est, gestum Orationis, Metaphora ab histrionibus sumpta vocant. Nihil hic obstat, quod figura non propria Rheticæ, cum & Grammatici suas figuræ habeant, quarum alias distinctionis sive Etymologiæ, alias Orationis sive Syntaxeos faciant. Magna enim inter has est differentia. Rheticæ sunt lumina & insignia Orationis, ut Cicer. in Orat. ait: Grammaticæ vero figuræ proprie Rheticæ non sunt, sed tantum regulæ quædam peculiares. & anomaliæ, quæ usitatam pronunciationem aut scribendi rationem mutant. Unde Consectarium: Qui figuræ Grammaticas in Rheticæ tradunt, contra legem nati autem delinquunt & distincta artium præcepta confundunt, heterogeneas homogeneis admiscendo.)

Figurarum est hic generalis

CANON.

¶ Utendum est Figuris 1. in loco, 2. parce.

(Nam, ut condimenta aspergenda, non pro cibis apponenda sunt.)

¶ 1. Hactenus de communibus Figurarum affectionibus, sequuntur species.

¶ 2. Figuræ igitur aliæ sunt dictionis, aliæ sententiæ.

(Distributio hæc figurarum in suas species desumpta est a rebus subjectis in quibus versantur, nempe in figuræ Dictionis, quam Fabius (Lib. 9. c. 1.) τὴς λέξεως, verborum vel dictionis, vel elocutionis vel sermonis, vel Orationis & Sententiæ, quam τὴς διανοίας, mentis vel sensus, nominat. Et Amplificationis, quod Orationem tam verbis quam rebus ampliorem reddat. Inter has autem hoc interest. Figuræ dictionis de emphasi & luce vocabuli agunt: Fig. Sententiæ Orationi motum aliquem aut gestum conciliant. Figuræ Amplificationum Orationem amplificant atque exaggerant. 2. Figura dictionis tollitur, ubi verba mutaveris; sententiærum vero & amplificationum manet, quibusunque utè verbis volueris. Disputat Fabius (Ibid.) figuræ sententiae præcedere debere, hoc argumento: Sententia, quæ animo concipitur, ante-

quam

quam enunciatur ore, natura prior est dictione ore prolatæ. Ergo & figura sententiae natura prior. Et figurae dictionis præponenda. Verum trita est responsio ad antecedens negando. Figura enim λέξεως agit de dictionibus quibusdam in sententia. Figura autem diuinas de integra sententia, ideoque illa tanquam simplicior natura prior erit. Hæc vero tanquam composita vel minus simplex posterior.)

X 3. Figura dictionis est, qua elocutio figuratur dictionibus apte & jucunde inter se resonantibus.

(Definitur ita ex aurium judicio. Aures enim judices sunt figurarum dictionis, & nihil aliud est, quam elocutionis harmonia quedam, seu suavis harmonia ac concentus, ut ait Cic. lib. de Orat. 3.

X 4. Figurae dictionis sunt DECEM:

1. Epizeuxis. 2. Anadiplosis. 3. Climax. 4. Anaphora.
5. Epistrophe. 6. Symploce. 7. Epanalepsis. 8. Epanodos.
9. Paronomasia. 10. Polyptoton.

(Qui dichotomiarum studiosi sunt, cum Taleo (L. I. cap. 19.) sic procedere possunt. 1. Figura dictionis est vel in sonorum dimensione, vel repetitione. 2. Estque sonorum repetitionis, vel similis, vel dissimilis. 3. Similis vel continue, vel disjuncte. 4. Continue vel in eadem sententia, vel in diversa. 5. In eadem sententia, ut Epizeuxis. Quæ distinctiones adultiorum judicium in figurarum dictionis distinctione dignoscenda informant: Juniores vero aut nihil aut parum juvant, nisi quod memoriam in ediscendo aggravant cum eadem opera, qua divisiones has addiscunt, singularem harum figurarum definitiones ediscere possint. Quid ergo opus est discentibus remoram objectare? Nota hic I. Quia in singulis his figuris dictionis vocum fit repetitio, communis nomine aliud nil sunt quam REPETITIO, quæ generatim a quibusdam definitur varia ejusdem vocis vel emphasis vel ornatius causa resumptio, Græcis παλιορια. Cujus deinde modos sive species faciunt alii quatuor: 1. Anaphor. 2. Epistrophe. 3. Epanaleps. 4. Epizeuxin sive Anadiplos. Aliis octo: I. Anaphor. 2. Epistrophe. 3. Symploc. 4. Epanaleps. 5. Anadipl. 6. Epizex. 7. Epanodon. 8. Paronomiam. II. Octo his

Repi-

*Repetitionis speciebus adduntur ab iisdem aliæ: 1. Ploce seu copulatio. 2. Metonymia, παραγωγὴ seu traductio. 3. Tautologia. 4. Asyntheton, Dialyton sive Articulus. 5. Poly syntheton. 6. Homœoptoton. 7. Homœoteleuton. 8. Isocola. 9. Antitheta. 10. Antanaclasis. 11. Hypallage. 12. Ellipsis. 13. Reticentia sive Aposiopesis. E quibus tamen Tautologia, cum eadem vox sine singulari emphasi iteratur (ut: erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possunt) nequaquam figura, sed vitium ut plurimum in Oratione est, ideoque velut morbidum membrum e corpore figurarum amputanda & e civitate Rhetoricae prescribendæ. Pleraque Grammaticæ figure sunt, quæ aut iisdem subjicienda, aut enumeratis Repetitionis speciebus sive figuris dictio nis (si unam Aposiopesen excipias, quæ ad Figuras sententiae pertinet) subjici possunt: id quod & Aristotelici ipsime fatentur. Figurarum enim ordinem 1. quem dictio nis sive *λέξεως* nominant, iterum in duos ordines subdividunt, nempe in Grammaticum & Rheticum. Sub Grammaticum referunt figuras, quæ in Grammatica sola traduntur. Quales sunt 1. Figure dictio nis Orthographiam & Prosodium concer nentes: Prosthe sis, Aphæresis, Epenthesis, Syncope, Paragoge, Apocope. 2. Constructionis sive Syntaxeos: Synthesis, Syllepsis, Zeugma, Prolepsis. Sub Rheticum ordinem referunt figuras, de quibus in Rheticis præcipitur, sed tamen etiam ad Grammaticam pertinent. Qualis repetitio & seqq. modo enumeratae. Hypallage est, quoties Oratio ordine rerum inverso effertur, ut Æneid. 3. Date classibus Austris, id est, classes Austris. Cicer. (in Orat. pro Marcell.) non vidimus in urbe gladium vagina vacuum, id est. vaginam gladio vacuam. Æneid. 6. Ibant ebseri sola sub nocte per umbras, id est, soli sub obscura nocte. Æneid. 8. Tacitis incumbere remis, id est, taciti. Verum vel generali ser Hypallage pro Enallage ponitur, teste D. Chyträo Rhetor. fol. 456. Item Metonymiam Rethores Hypallagen vocare probat auctoritate Cicer. in Orat. perf. Vid. Rhetor. fol. 308. Reliqua quomodo figuris commode subjiciantur, spe ciatim in seqq. demonstrabitur.)*

LIB

E p
est, cum idem
sententia. Lat
(Epizeuxis ab
men habet, quod
quia idem sensus
subjicitur, Cicer
et. Genitivus
op. 3. vel 1. ampl
de Milam, &c. al
format; vel 2. mi
vundi, idque per Iri
da, munda, roman
spita. Ubi Ironic
deridentium. Col. 1
reis, &c. Ut
nemissam cum in
1. Modicus
quando repetit
prio natus mil
Carthaginis,
sessam, oppug
ar. de arusp.
Sic Titus Ann
Adjunct. Hyperb
lendum natus esse
publica. Id pro
denuo, humanus
2. Aliquen
tes, plorantes
sit, evapit, c
3. Aliqua
sis, Myris, T
VIRGIL. Es